

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput VIII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT VIII.  
DE PLUVIA.

Magna pluiarum in copia, tempore & aliis diuersitas, maximeque miranda. Non minor certe quam in diebus varietas: maiorem fere, extraordinaria si inspexeris, conspicias. Non pluit per triennium Achabi tempore, nunquam in Cyrenaica. ea ibi sola messis est, quæ celeritate proventus per naturam Solis aut aëris, ventorum casu evadere solet; fertur à die seminis tricesimo maturescere. *Maiolus Colloquio* 1. Iuxta Vrabam novi orbis urbem, maxima parte anni descendit: hinc perpetuo stillicidio arbores visuntur. *Hispal p. 5. c. 26.* Nunquam apud Tartaros hyeme, sæpissime æstate. In regione vero Mexicana tanto impetu guttæ ruunt, ut homines interficere dicantur. Substantiam si spectes aqua in communi est; id ejus fert materia: alterius tamen fuisse sæpius generis, exempla demonstrant. Sanguinem aliquando pluuisse in Borussia *Thuan. l. 27.* In Insula Pelagia aurum; Ferrum in Lucania, ante bellum Parthicum, quo Crassus est occisus. *Amian l. 17.* Annonam in Carinthia horarum duarum spacio, ad duo amplius milliaria; ex qua panis pinsebatur. *Thuan. l. 5. de anno 1548.* Lapides ovorum Gallinaceorum magnitudine, in quibus hominum vultus & diademata. *Lintur. ad fascic. anno 1496.* Cinerem tempore Leonis, qui palmæ minoris altitudine in tegulis jacuit. *Niceph. l. 15. c. 20.* In Sylvis Neuholem ferream massam recremento similem ex aëre decidisse; sunt qui affirmant, eamque multorum pondo, adeo ut nec deportari propter gravitatem, nec curtu devehi propter invia poterit. *Agricol. obs. Metall. c. 8.* In Ægypto perparvulis guttis, ut plurimum pluit, Mures ex illis nascuntur, qui spicas circumrodere, & segetes succindere solent. *Alian. l. 6. c. 40.* Quin & in Thebaide, cum grandine pluit, mures in terra apparere dicuntur, qui partim cœnulos existunt.

est  
Alian. l.  
in fact  
vogue de  
15. feli  
serica m  
tres dicit  
an ex no  
perian  
cilla. F  
Vrit he  
Corveni  
tempore  
confam  
pacitur  
Domini  
Profess  
carum u  
pantes  
fueit;  
turba. L  
malia q  
aliqua p  
res evoc  
venire;  
ferenda

DE

Ingen  
mari  
quam; A  
sensione.  
tatis tota  
hæc dicit,

METEORORUM. 115

existunt limus, partim carnis possident substantiam. *Alian. l. 2. c. 56.* Maxime vero mirum, modo non sit fabulosum, quod *Olaus l. 18.* & *Ziglerus in Norvegia* de Septentrionalibus. Et ex illis *Scaliger Exere. 192. sect. 3.* *Lemer bestiola*, inquit, quadrupedes, soricis magnitudine; pelle varia per tempestates & imbres decidunt, incompertum an ex remotioribus Insulis, an ex nubibus fœculentis. Statim atque deciderint, reperiuntur in eorum visceribus herbe cruda nondum coacta. Haec more locustarum depascunt omnia videntia. Vivit hac pestis donec non gustaverit herbam renatam. Conveniunt gregatim quasi hirundines evolutura, stato tempore, aut moriuntur, aut ab alii bestiolis Lefrat consumuntur. At in Amelandia, quæ ranam nullam patitur, ranis pluisset, ex *Præceptore nostro Clarissimo Domino Menelao Vinsenio Med. D. in alma Frisiorum Profess. accepimus.* In Velauniis denique tantum erucatum una nocte decidit de cœlo, ut eas in domo repantes, biduo toto accensa palea, urere necessum fuerit; vix ad id sufficiente hominum mulierumque turba. *Dalechamp. ad l. 2. Plin. c. 56.* *Sennertus* animalia quæ ex putredine gigni possunt, vel ex materia aliqua pluviis irrigata gigni, vel in terræ cavernis latentibus evocari existimat: perfectiora & lapides aliunde venire; ad superiores tamen causas plurima ex his referenda esse arbitrat.

CAPUT IX.

DE NIVE ET GRANDINE.

Ingens Hyeme Nivis apud nos copia; nulla in alto mari. *Plin. l. 2. c. 103.* nec ejus in Æthiopia quicquam; *Alvarez de reb. Æthiop.* At major in Septentrione. Obrectis aliquando summis arboribus in ramis tota continuè consistit, & ne aër ad inferiora descendat, impedit, fornicatam quasi faciens porticum.